Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



orta, quòd quàm domino territorij terminarij debeat, l. finali. C. Ubi in rem actio, paret autem ex confessione partium, quòd his orta sit, ratione jurium mutuandi, conveniendi, et ligniandi super fundo, qui in Bavaria situs est, ergo recte ibidem determinata.

Quarto, dato et illam non adesse, adhuc tamen pro Jurisdictione pretorum, Ubi enim sententia lata reperitur, ibi omnia ea, tam quoad fundandam Jurisdictionem, quam quoad ordinem legitimi processus de Jure deferuntur ita verisse presumi posse et debere recte Gloss. & tb. in l. Herennius 63. §1. ff de evict. & in l. si bona 11. C. de admin. tut. maxime quando transivit in rem Judicata Vantig de Hillic. tit°. à quo et qb. mod. n° 7. Cum aliquot segq. Omnis autem sententia in re Judicata transit, à qua nisa declaratum appellatum non est, pro confirmata, et ratificata l. presides provincie 27. ff de re Jud. l. nō ver. 4. C. de rem. patrum. lib. 10. Idcoq parentum pp Judicis antecessorum l. servo 68. §. cum pretor ff ad SC. Trebell. l. ab ea C. quemodo et quando. Atq sententia lata est 5ta Febr. Anno 75. Executio facta. 17. 10. et 19. Octob. ejusdem Anni, & sic octavo mense, Cum ergo Impetrans ne uno medio quidem tempore toto à se appellatum esse fateatur expresse Judices partes alias non fuerint quàm sententiam latam previa citatione Executioni mandare, quā spreta nihil aliud restabat, quàm id agere quod actum est Et sic presumptio Juris pro sententia merito processit, atq Executio subsecuta Jus presumptionem pro vinculum Mandati, quæ via facti est, quæq non nisi si quæ de facto proferrentur, tollunt vim. Menoch. primo remed. recuper. n° 122. nullo modo revocari potest.

Quinto licet Appellatio legitimè interposita fuisset nihilominus tamen Executio fieri potuit pp privilegium ducis Camere nuncupatum, pro quod

499